Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1555
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



DI 37

eam suam. volentes concumbere cum ea. et observabant cotidie sol
licitui videre eam. Dixerq; alter ad alterum. Eamus domum quia
hora prandij est. Et egressi recesserunt ad se. Cumq; revertissent ve
nerunt in unum et sciscitantes ab invicem cam confessi sunt con
cupiscentiam suam et tunc in communi invenerunt tempus quando
eam possent invenire solam. Et factum est cum observarent diem
aptum ingressa est aliquando sicut heri et nudius tertius cum
duabus solis puellis voluit se lavare in pomerio estus quippe erat. Et non
erat ibi quisquam preter duos senes abscondentes et contemplan
tes eam. Dixit ergo puellis. Afferte mihi oleum et unguenta et hostia
pomerij claudite ut lavem. Et fecerunt sicut precepit. clauserunt
que hostia pomerij. et egressi sunt per posticum ut afferrent
que iusserat nesciebant quod senes essent in abscondito. Cum au
tem egresse essent puelle surrexerunt duo senes et accurrerunt ad eam
et dixerunt. Ecce hostia pomerij clausa sunt et nemo nos videt
et in concupiscentia tua sumus. Quamobrem consentire nobis
et commiscere nobiscum quod si noluerit dicemus contra te testimo
nium quod fuerit tecum iuvenis et ob hanc causam emiseris puellas
a te. Ingemuit Susanna et ait. Angustie mihi
sunt undique. Si enim hoc egero mors mihi est. Si
autem non egero non effugiam manus vestras.
Et melius mihi absque opere incidere in ma
nus vestras quam peccare in conspectu dei. Exclama
vit voce magna Susanna. Exclamaverunt
autem senes adversus eam et cucurrerunt unus et

Timore mortis humana natura quippe est mortem timere et obprobrium et ignominiam quam minitabatur.

Peccantem quoque et peccatum in morte quoque et benefacta in mortem.

Ingemuit ubertim melius honestis elegantem ne opprimere peccatum dei timorem.

Non accessit pulsione sed dicitur magnitudine